



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Scholastici etiam nonnulli Maßiliensibus re ipsa consentiunt, licet de
prædestinatione verbis aliud indice[n]t. c. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

rum recentiorum expositionem, quam disp. seq. cap. 2. referam; ex dictis enim satis impugnata manet.

Postremo posset aliquis contendere. Patres Græcos nunquam Massiliensium sententiam docuisse. Nam Massilienses non ferebantur, gratiam Dei donari ad singula opera, quæ ad nostram iustificationem preparant: cum concederent ex nobis aliqua bona initia, propter quæ gratia ad iustificationem nobis conferretur. Deinde dicebant, gratiam ex aliquibus meritis in tempore dari, & in præsentia ex eisdem de finiri: Patres Græci ignorare non potuerunt, hos esse manifestos errores, nam utrumque coram eis in Concilio Palæstino Pelagius retractauit, ut constat ex epist. apud Augustinum 90. 95. 105. 106. & 107. & ex actis illius Concilij, quæ in vetustissimo codice monasterij Cassinatis habentur, ex quo omnium errorum retractionem, quam ibi fecit Pelagius, ego transcripsi.

Respondeo primum nos non asserere, omnes Patres Græcos in sententia Massiliensium fuisse, sed Chrysost. eiusque discipulos, tum etiam Orig. & paucos alios, quos commemorauimus. Chrysost. autem non interfuisse Concilio Palæstino, manifestum est. Nam licet sub Innocentio primo fuerit celebratum post Concilium Milenitanum, ut constat ex epist. Aug. 106. & illi potuissent Chrysost. interesse: quia tamen Concilium illud fuit solum provincie Palæstinæ, ut scribit Aug. in epist. citat. & epi. 105. & 107. celebratum vero Diospoli, teste Hieronymo epist. 79. præsidente autem Ioanne Episcopo Hierosolymitano, ut narrat Paulus Orosius in Apologia pro libertate arbitrij, parum à principio: plane colligitur Chrysost. aliosque Bithyniæ Episcopos ei non interfuisse. Potuerunt igitur alij Patres, qui aderant, bene instructi esse contra Pelagium, ut suos retractaret errores, vel eo præsertim, quod Paulus Orosius, ut ipse affirmat, Concilio interfuerit, qui doctrinæ Augustini contra Pelagium admodum erat addictus; etiam si Chrysost. & alij cum Massiliensibus in prædicta sententia fuissent.

Deinde dico, errorem Pelagij longe distare ab opinione Massiliensium. Hi namque minimam quādam rationem meriti impetratorij, & disponentis concedebant, ut obseruauit disput. 89. ca. 4. at Pelagius merita arbitrij condigna esse existimabat, ut gratia nobis ad facilius operandum concederetur: sicut etiam dicebat, nos posse ex propriis viribus condigne gloriam promereri: tamen August. lib. de præd. Sanctor. ca. 2. conuincat Massilienses erroris Pelagij, quem ille in Palæstino Concilio retractauit, nimirum gratiam secundum merita nostra dari, quod assererent, initium credendi ex nobis esse, sed consummationem ex Deo. Ideo autem eos conuincit, quia iam aliquod meritum esset ex nobis in illo initio fidei, quod ex nobis concedebant. Id quod licet recte sequatur, existimo tamen Pelagium maiorem rationem meriti ex nobis docuisse, à quo Cassianus, quod caput fuit sectæ Semipelagianorum, cum veller declinare, concedens ex nobis initia aliqua lib. 12. de institutis cenobiorum, c. 11. & 12. dixit merita nostra non esse condigna, ut Dei gratiam compensare possint, sed gratiam Dei miseratione diuina propter illa merita nostra nobis concedi. Ceterum ex Massiliensium & Cassiani sententia optime sequi-

tur, aliquod ex nobis meritum esse, quod vere tollat rationem gratiæ, licet non sit condignum, ut cap. 15. fufius monstrabimus.

Quod vero Pelagius dixit in Concilio Palæstino, ad singula opera necessariam esse gratiam, de quibusnam operibus loqueretur, utrum de quouis initio, an de meritis iam consummatis, & operibus perfectis, non omnibus confessum, & apertum est. Quamuis de singulis tentationibus vincendis, & superandis plane intelligat Paulus Orosius Orosius opus. cit. ut l. 2. q. 1. c. 9. art. 2. & 4. latius videbimus. Et quidem si de singulis operibus, etiam quæ esse possunt initia iustificationis, Pelagius loqueretur, Patres illi Palæstini non potuissent ignorare, siue gratia Dei non posse nos inchoare aliquid, quo ipsam Dei gratiam ad perficiendum obtineamus. Sed hoc non probat, ut dixit Chrysost. in opinione Massiliensium non fuisse: quia constet ipsum huic Concilio non interfuisse.

Adde etiam, Patres illius Concilij non bene instructos fuisse contra Pelagium, ut colligitur ex epistolis August. citatis. Cum enim Pelagius retractasset illos errores, & affirmasset gratiā Dei per singula esse necessariam, in suo nihilominus permansit errore: nomine enim gratiæ intelligebat donū creationis, & arbitrij. Patres vero quod nondū bene aduertissent, de qua gratia Pelagius subdole loqueretur, putantes eam gratiam intelligere, quæ in scripturis cōmendatur, & per Christum nobis conceditur, eius retractionem admiserunt. Debuerant autem Pelagium interrogare, & an de gratia internæ inspirationis, & sanctæ cogitationis intelligeret ea, quæ dicebat, hæc enim est gratia per Christum: nam donum creationis non est per Christum, nec est illa gratia, quæ in scripturis commendatur, & quam Catholici contra Pelagium defendere nituntur. Quid ergo mirum, si Patres Græci, qui cum Pelagio parum disputauerant, non tam exacte de gratia senserint, sicut Augustinus, qui longo tempore bellum cum ipso Pelagio, eiusque reliquiis felicissime sustinuit?

CAPVT X.

Scholastici etiam nonnulli Massiliensibus reipsa consentiunt, licet de prædestinatione verbis aliud inducant.

Cum Cassiano, & Massiliensibus non pauci Scholastici reipsa conveniunt; hi autē sunt, qui aliquam dispositionem, & præparationem ad iustificationem ex nostro lib. arbit. esse affirmant. Atque primum Scotus in 4. d. 14. qu. 2. §. De secundo. Gab. qu. 1. art. 2. circa fin. & in 2. dist. 37. q. 1. art. 2. concil. 4. & art. 3. dub. 4. & in 3. d. 27. q. 1. art. 3. dub. 2. proposit. 2. & Caieta. tom. 1. opus. tractatu 4. q. 1. qui asserunt, posse hominem dolere de peccatis propter Deum super omnia dilectum ex propriis viribus, & hanc esse vltimam dispositionem ad gratiam habitua- lem iustificantem, & meritum ad illam, non quidem condignum, sed congruum: atq; hanc contritionem posterius natura informatam gratia habituali esse iam meritoriam de condigno regni cœlorum. In eo solum differunt, quod Scotus dicit non statim, sed paulo post fieri iustificationem, continuata cōtritione illa per aliquod breue tempus: Gabriel vero & Caieta. in eodem temporis momento fieri, asseuerant, atque se ab errore longe abesse arbitrantur, quod non concedant meriti-

Pelagius,
Cassil. Pal.

Nis omnes
Græcos Pa-
tres Massil-
iensium am-
plius fuisse
Chrysost. &
Iulianum Con-
cilio inter-
fuisse.

Paul. Oros.

Paul. Oros.

57.

Pelagij erro-
rem longe à
Massil. dista-
re opinione.

Massiliensium
sententia
in præd. Sanctor.
ca. 2. conuincat
erroris Pelagij,
quem ille in Palæstino
Concilio retractauit.

Scotus.

Gabriel.

Caietanus.

Cum Massil-
iensium
sententia
conueniunt, quæ
vltimam dis-
positionem ad
gratiam ex
nobis conce-
dunt.

Pelagius.

Orosius.

58.

Patres Con-
cilij non
fuerunt affec-
ti mentem Pe-
lagij in sua
retractatio-
ne.

Gratia nomi-
ne Pelagius
donum crea-
tionis & ar-
bitrij intelli-
gitur.

Nota.

59.

Scotus.

Gabriel.

Caietanus.

Cum Massil-
iensium
sententia
conueniunt, quæ
vltimam dis-
positionem ad
gratiam ex
nobis conce-
dunt.

ta condigna ad gratiam nostræ iustificationis, sicut Pelagius afflrmabat.

Deinde annumerandi sunt illi, qui tribuunt arbitrio nostro dispositionem aliquam non tam propinquam, sed remotam, & ut appellat Ricardus, indirectam, qua homo impetrat à Deo auxilia gratiæ, quibus ad iustitiam promouetur. Hi sunt Gabriel in 2. dist. 27. qu. 1. art. 2. concl. 4. & in 1. dist. 41. qu. 1. art. 2. & art. 3. Durand. in 2. dist. 28. qu. 5. nu. 7. Ricardus in eadem dist. 1. art. 1. qu. 2. Caietan. 1. 2. qu. 109. Antonius Pantusa lib. de predest. & grat. cap. 6. post medium, Sotus de nat. & grat. c. 3. tamen hic auct. asserat, vix mereri nomen dispositionis, & se habere sicut siccitatem in ligno ad formam ignis, quæ potius se tenet ex parte argenti. Quam opinionem nonnulli recentiores sequuntur. cumque Sotus lib. 1. & grat. cap. 20. dicat, opera moralia non esse effectus prædestinationis, & alio loco citato asserat, esse aliquam dispositionem ad gratiam, facile concedet, & donationis gratiæ, & prædestinationis illius esse aliquam causam ex nobis. Nam qui concedunt dispositionem ad gratiam, etiam si dicant esse remotam, seu, ut aliqui dicunt, improporionatam, per solam remotionem impedimentorum, coguntur concedere eam aliquo modo conducere ad gratiæ consequentiam, & ex nobis esse aliquod initium, cui subiungatur, & donetur gratia. Nam si intuitu illius, vel aliqua occasione eius non datur, nequaquam dici potest remota, nec per accidens dispositio ad gratiam. Qui enim dicit esse aliquam dispositionem ad gratiam intelligit ad gratiam obtinendam. An vero idem sit concedere dispositionem ex nobis non ad gratiam obtinendam, sed ut collata facilius in nobis operetur, dicemus dispu. 94. cap. 4.

Postremo, qui veram existimant vulgarem illam propositionem, *Facienti quod in se est, ex viribus naturæ Deus non denegat gratiam*: huic sententiæ, velint, nolint, adtipulantur. Eam vero propositionem, sic tradunt Driedo opus. de concordia lib. arbit. & prædest. 2. p. cap. 1. tit. 50. & seq. & de captivitate, & de redemptione generis humani tractatu. 5. capit. 2. part. 2. Ruardus Taper. artic. 7. §. Doctores autem Scholastici, & aliqui recentiores probabilem putant: quamquam in alio sensu hi Doctores eam propositionem intelligunt, quam Gabriel in 2. d. 27. qu. 1. art. 2. concl. 4. & art. 3. dub. 4. & in 3. d. 27. qu. 1. art. 3. dub. 2. proposuit. hic enim multa quidem opera concedit, quæ si ex propriis viribus facere homo, consequeretur à Deo non solum auxilia gratiæ, quibus ad remissionem peccatorum paulatim disponderetur, sed etiam ipsam gratiam habitalem, quæ actû iustificaretur: & in hunc sensum intelligit illam propositionem: *Facienti quod in se est viribus naturæ, Deus non denegat gratiam*. Imo addit, infidelem tunc facere, quod in se est ex viribus naturæ, ut iustificetur statim gratia Dei, cum suum arbitrium rationi naturali conformet, ac toto corde petit illuminari ad cognoscendam veritatem, & iustitiam: fidelem vero facere quod in se est, si secundum regulam fidei detestatur peccatum, proponens in omnibus Deo obedire propter ipsum; quæ omnia, inquit ille, præstare potest viribus naturæ sine auxilio aliquo gratiæ anterioris. At Driedo, & Ruardus solum docent, bene vrenti naturæ viribus exercitio aliquorum bonorum operum moralium, Deum misericordiam suam præsto esse, ut auxilia gratiæ suæ conferat, quibus paulatim ad remissionem peccato-

rum disponatur. Ego vero existimo, hos etiam Doctores cum Semipelagianis facere, & quotquot eam propositionem probabilem putant, ut statim probabo.

Referuntur autem alij graues, & antiqui Scholastici in hanc opinionem, quod prædictam propositionem hoc etiam modo concedere videtur, Alex. 3. p. q. 69. mem. 5. art. 3. ad 5. & 6. Gerf. alfabeto 24. liter. M. Antistodoren. 3. lib. Summa tract. 2. cap. 1. quæst. 3. qui tamen numquam eo modo propositionem intellexerunt. Nam in primis Gerf. plane dicit, facienti quod in se est, bene utriusque donis Dei iam habitis Deum non deesse, sed alia ulterius concedere: & cum ipse in tractatu de vita spirituali, le. 1. qui habetur alfabeto 61. lit. G. dicat aperte, non posse hominem facere opus aliquod bonum, moralis etiam virtutis, sine aliquo auxilio gratiæ Dei interius mouente; asserere certe non potuit, illam propositionem, *Facienti quod in se est, ex viribus naturæ, Deus non denegat auxilia gratiæ suæ*. Eodem pacto licet Alexan. & Antistod. absolute hanc propositionem affirmant: quia tamen Alexan. 3. p. q. 65. memb. 1. art. 2. docet non posse liberum arbitrium de se declinare à malo, & facere bonum sine auxilio gratiæ, sed facere malum, & Antistod. lib. 2. Summa tract. 11. cap. 1. quæst. 4. non posse nos sine gratia gratis data (sic enim appellat auxilium gratiæ, ut distinguit à gratia habituali, sicut alij etiam Theologi) aliquod bonum operari, sequitur eos, hanc propositionem non intellexisse de eo, qui facit quod in se est ex viribus naturæ, sed ex auxilio gratiæ, quod scilicet Deus non denegat vltiora dona gratiæ suæ ad salutem necessaria, sed indies ad hæc ille magis se disponit; ac proinde à Massiliens. doctrina longe absunt.

Hoc eodem modo contra Massilienses intellexerunt aperte hanc propositionem alij Scholastici grauissimi. S. Tho. 1. 2. q. 109. art. 6. ad 2. & q. 111. art. 2. & 3. ubi non solum docet, nullam præparationem ad gratiam esse posse in homine ex propriis viribus, quæ auxilium Dei præuenit, verum etiam prædictam præpositionem intelligit de eo, qui facit, quod in se est ex auxilio gratiæ, non ex propriis viribus: nec oppositum alicubi affirmavit, ut falso putat Caiet. in eo art. 6. imo id expresse docuerat in 2. d. 8. artic. 4. quem locum pro contraria opinione affert ibi Caietan, inquit enim, hominem posse se ad gratiam præparare sine dono habituali gratiæ, quod nullus negat, sed non posse sine aliquo dono diuina prouidentia peculiariter accepto, ubi auxilium gratiæ mouentis fatetur esse necessarium. Neque hoc donum negat ille in solutione 4. in homine in suis sine fide Christi nutrita, dum sequitur lumen rationis naturalis. Siceriam de eadem propositione loquitur aperte Bonau. in 2. d. 28. artic. 2. qu. 1. ad 3. imo Dominicus Sotus in 2. de natura & gratia, cap. 3. ad 2. cum tamen hic auctor alioquin ibidem concedat ex libero arbitrio remotam aliquam dispositionem ad gratiam.

Hos igitur omnes, quos paulo ante recensui, dixi facere cum Massiliensibus: eo quod manifeste concedant initium aliquod ex nostro libero arbitrio, cui gratia subiungatur. Sic enim nos incipimus, & Deus expectabit, si non semper, saltem aliquando voluntatem nostram, & experietur arbitrium, bonumque usum illius, ut gratiæ suæ auxilia nobis conferat: quod si in tempore ita sit secundum horum Doctorum sententiā, ut Massilienses affirmabant; efficitur debere hoc etiam ini-

Gabriel.
Durandus
Ricardus.

Caietanus
Pantusa.
Sotus.

60.
Eandem opinionem
señtunt, qui
ex nobis re-
motam dispo-
sitionem ad
gratiā ponunt.

Driedo.

Ruardus.

95.
Varij sensus
istius propo-
sitionis faciē-
tibus quod est in se
Deus non
denegat
gratiā.

Cum Semipe-
lagianis sen-
tentiā, qui illā
propositionem
probabilem
existimant.

tium in æterna Dei prædestinatione concedi eandem enim esse rationem, & donationis gratiæ in tempore, & electionis, seu prædestinationis æternæ: ut si gratia datur ex aliqua occasione, aut dispositione, aut initio nostro, ex eadem etiam in præscientiæ præparetur, sæpius iam admonuimus, præsertim disp. 89. c. 4. nec vllus est, qui de hac re dubitare possit. Quocirca Gabriel, qui prius dixerat, prædestinationis dari causam meritoriam de condigno, quia putauit eam solū versari circa beatitudinem, loco citato subiungit, si prædestinatio versaretur etiam circa gratiam, dandam quoque causam ex parte nostra, dispositionem videlicet remotam ex libero arbitrio, & meritum congruū dumtaxat: quam sententiam probabiliorem putat Ricardus in 4.1. art. 2. q. 2.

Verum enimvero videas aliquos Scholasticos, religiosos admodum. dum de prædestinatione sermonem habent, qui minus caute de gratia Dei loquuntur: cum tamen apud veteres Ecclesiæ Patres eadem omnino fuerit controuersia de causa gratiæ, & prædestinationis ex parte nostra; atque ideo negauerint omne meritum, causam, & occasionem ex nobis prædestinationis nostræ, ut ostenderent, gratiam in tempore omnino gratis sine aliquo horum nobis donari. Hi ergo Scholastici constantissime negant causam aliquam prædestinationis ex parte prædestinati: fatentur tamen præparationem ad primam etiam gratiam ex libero arbitrio. Sic docuit Durandus in 1. dist. 28. qu. 5. ubi asserit prædestinatos aliquando se disponere ad gratiam sine interiori motione & auxilio gratiæ, tamen non sine peculiati prouidentia, quando scilicet à peccato resurgunt ad gratiam, in qua vltique ad finem vitæ perseuerant: ait enim, tunc illa opera quibus prædestinati disponuntur ad gratiam, non esse ex speciali motione interioris gratiæ, sed ex peculiari prouidentia, scilicet ex prædestinatione; quia etiam si non sint à gratia, sunt tamen prædestinationis effectus. Hæc autem existimat esse bona opera moralia, de quibus etiam dixit in 3. d. vltima, q. 3. num. 8. esse meritoria de congruo primæ gratiæ. Durando consentit Ricardus in 1. d. 4.1. art. 2. quæst. 2. qui, ut probabilem defendit opinionem asserentium, nullam ex parte nostra esse causam prædestinationis: cum tamen alioquin concedat dispositionem aliquam ex nobis ad gratiam, ut supra vidimus conveniant autem cum eis Scotus, Dominicus Satus, & Dried. ut seq. capit. videamus.

Nec vero paucos recentiores Theologos inuenias, qui hanc opinionem tueantur, & hac sola de causa negent causam prædestinationis, quia quicquid ad salutem prædestinati efficaciter conducit, siue ut causa, siue ut occasio, siue alio modo, etiam si non sit à gratia, sub effectu prædestinationis completuntur. Quæ ratione Durandus & Ricardus eandem opinionem docuerunt.

Cæterum, ut iam admonui, non minus sollicitos oportet nos esse de prædestinatione, quam de gratia, ne vllam causam utriusvis concedamus. Quare qui donationis gratiæ, quæ in tempore fit, causam aliquam, dispositionem, seu occasionem esse dicunt, debent etiam eam concedere prædestinationis. Neque enim hic quæstio est, aut apud Patres fuit aliquando de prædestinatione, ut est prouidentia quædam completens omnia, quæ in prædestinato sunt, sed ut comprehendit ea

tantum, quæ sunt dona gratiæ: & ideo prædestinatio gratiæ dicitur. Et cum quærimus, an prædestinationis deus causa, de prædestinatione gratiæ quæstionem proponimus. Ut enim probauimus disp. 89. cap. 8. & cap. 3. huius disp. prædestinatio est præparatio donorum & beneficiorum, non natura, sed gratiæ, quibus homo saluatur. Sic definitur Aug. & alij ibi citati. Quinimo lib. 1. de prædest. Sancti. capit. 10. ait Augustinus, gratiam, & prædestinationem eo solum differre, quod prædestinatio est gratiæ præparatio, sed gratia est ipsa donatio.

Neque vero Pelagius, & Massilienses vnquam dixerunt, prædestinationis esse causam, si completamur omnia, quæ Deus prouidentia sua circa prædestinatum disposuit. Quis enim non intelligat, nihil dari posse, quod diuinam prouidentiam possit subterfugere: ac proinde nihil, quod Dei prouidentiam possit præcedere? at de prouidentia gratiæ circa prædestinatum, quæ communiter prædestinatio dicitur, potuerunt Massilienses aliqua specie probabilitatis dubitare, an esset aliquid naturale ex parte nostra, quod præcederet donationem gratiæ, & prædestinationem illius, cuius intuitu & gratia donaretur in tempore, & præparetur in præscientia, ut propter bonum vsum arbitrij ex virtute, quam pect creationem accepimus, Deus nobis gratiam Christi largiretur, & prædestinaret. Et quamvis certissimum sit, nullum tale initium ex nobis esse, ut cap. 12. ostendimus: nihilominus difficilis de re ea fuit controuersia, in quam olim insignes viri, & nunc etiam non pauci Theologi impegetur. Quomodo vero horum Scholasticorum sententia à Massiliensium errore non differat, cap. 12. probandum est. Fundamenta autem Massiliensium, & Scholasticorum & capite 16. & 17. referemus, & confutabimus.

Denique colligitur ex dictis in disputatione. 89. cap. 5. horum sententiam nihil omnino temperari, etiam si dicant, facienti quod in se est, ex propriis viribus, ita gratiam Dei conferri, ut nulla promissione ad donandum sit Deus astrictus. Neque enim in hoc Massilienses errarunt, quod dicerent, Deum gratiam hanc non posse negare facienti, quod est in se: neque etiam ratione promissionis ad donandum obligatus esset, gratia non esset gratia, ut ibidem diximus; sed solum si daretur ob aliquid quod initium ex nobis.

Sunt tamen Scholastici nonnulli, qui ita propositionem illam concedunt, Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam; ut non audeant, initium vel occasionem bonorum operum appellare dispositionem ad gratiam: hoc enim videtur illis Pelagianum: eo quod iam esset ex nobis aliquid opus supernaturale. Nam dispositio ad aliquam formam eiusdem ordinis est cum ipsa forma: gratia autem est supernaturalis ordinis: ergo dispositio ad illam eiusdem ordinis esset. Verum, ut capite 12. ostendam, Massilienses non errarunt, quod assererent, aliquid supernaturale ex nostris viribus esse; sed quod dicerent aliquid initium, seu occasionem ex nobis præcedere, ob quam daretur nobis gratia. Ea verò, quæ contra ipsos asseremus capite sequenti, capite duodecimo, decimoquarto, & decimoquinto, non solum probant, non præcedere ex nobis meritum vllum, etiam impetratorium, aut congruum, vllamue dispo-

Augustinus

Quis sit error Massil. de causa prædestinationis.

67:

68.

*Massiliensium
qualem po-
suerint ex
nobis dispo-
sitionem ad
gratiam.*

dispositionem, sed etiam vllum initium minimū, seu occasionem, ob quam gratia donetur: & hanc esse Catholicam doctrinam, manifeste ostendimus. Porro apud Patres nunquam inuenies, damnari sententiam Massiliensium, quod ex nobis dispositionem concederent, quam dicerent esse eiusdem ordinis supernaturalis cum gratia, sed quod gratia daretur ob aliquid liberi arbitrij, vt locis citatis patebit.

CAPVT XL.

Nullam causam, aut initium prædestinationis gratiæ ex nobis esse, contra Massilienses auctoritate probatur.

69.

Catholica igitur sententia est, nullam causam, nullumque initium, seu occasionem ex parte prædestinati excogitari posse, ob quam Deus, aut in tempore gratiam suam ipsi donauerit, aut in præscientia dare decreuerit. Primum autem doctrina hæc non solum intelligenda est definitio fidei, orationis, aut voluntatis consequendi salutem, vel de aliis operibus, quæ circa Deum aliquo modo versantur, qualia sunt religionis; verum etiam de quouis opere moralis virtutis, quod in ipsum solum bonum honestum referatur: vt nullo modo aliquid huiusmodi esse possit occasio, aut initium donationis, aut prædestinationis gratiæ. Præterea non solum excludimus initium, quod sit meritum condignum; sed etiam meritum congruum, seu impetratorium, aut dispositionem: denique quamlibet causam, & occasionem, ob quam Deus hinc potius, quam alteri gratiam donauerit, aut donare præfinitur: ita vt tota ratio præparandi huic potius gratiam, quam illi, fuerit beneplacitum diuinæ voluntatis, nihil autem, vel minimum ex parte prædestinati. Sed ante omnia hæc doctrina in vniuersum confirmanda nobis est, deinde ligillatim ea, quæ diximus, sunt explicanda.

*Auctores
Scholastici
pro hac sen-
tentia.
S. Thomas
Marfilus.
Gregorius.*

Ex Scholasticis plures pro hac sententia referuntur, qui genera eam non docent: vere tamen eam tradunt. S. Thomas in hoc art. 5. Marfilus in 1. qu. 41. artic. 2. Gregorius dist. 41. qu. 1. Hos ego auctores libenter pro hac sententia contra Massilienses refero; quod verbis, & re eorum sententiæ opponantur. & Catholicam omnino tueantur doctrinam. Idem enim de gratia, atque de prædestinatione sentiunt: & effectus prædestinationis in nobis à prima gratiæ operatione enumerant. Nam in primis S. Tho. 1. 2. qu. 109. art. 6. & qu. 112. art. 2. plane docet, hominem ex viribus propriis non posse aliquo modo se ad gratiam disponere; & illam propositionem, *Faciens quod in se est*, &c. recte explicat; vt vidimus capite præcedenti. Marfilus vero, & Gregorius, cum dicant nullum bonum opus morale ex omni circumstantia bonum fieri posse sine auxilio gratiæ intus mouentis, negantes aliquam causam ex nobis prædestinationis, negant etiam causam ipsius primæ gratiæ, & ita effectum prædestinationis nullum alium esse putant, quam auxilia, & opera gratiæ. De bonis operibus moralibus sic docuit Marfilus in 1. qu. 10. art. 3. propositione 4. & 5. & Gregorius in 2. dist. 18. qu. 1. art. 1. Alij etiam docent, non dari ex parte prædestinati vllam causam suæ prædestinationis. Hi sunt Ferrariensis. contra gentes cap. 161. Sotus in epist. ad Rom. cap. 9. in digressionem de prædestinatione. Driedo opusculo de concordia liberi arbitrij, & prædest. parte 1. cap. 3. Corduba libro 1. quæst. 56. imo etiam

*Marfilus.
Gregor.*

*Ferrariensis.
Sotus.*

*Corduba.
Sotus.*

iam Sotus in 1. dist. 41. qu. 7. Hi tamen pro hac sententia, vt à nobis contra Massilienses explicata est, allegari non possunt. Nam cum Sotus, & Driedo plane conterdunt aliquid initium gratiæ ex nobis, vt cap. præced. demonstrauimus, concedere, tenentur aliquā causam, seu initium ex prædestinato ipso suæ prædest. & ita non solum non aduersantur Massiliensibus, sed cum ipsis plane reipsa sentiunt, licet, voce differant, vt de Durando diximus. De Ferrariensi, & Corduba mihi non satis perperetum est, in quo sensu loquatur; ideo ob id solum, quod dicant, non dari causam prædestinationis, nollem pro hac sententia illos referre. Fortassis enim cum Durando, & aliis senserunt,

Fuit autē ex Patribus primus huius sent. auctor Aug. qui vt erat ingenio acuto, & in diuinis literis admodum versatus, disputans cum Pelagio, vt necessitate gratiæ, quæ absque vllis meritis nobis donatur per Christum, tueretur, ad initium sanctæ cogitationis & recti consilij ita recurrat, vt inde exordium nostræ iustificationis sumendum esse putaret; & Deo, & à quo sunt recta consilia, plias voluntates, & sancta desideria tribueret; ibique gratia peculiarem præter donum creationis agnosceret. Ex hoc principio necessitatem gratiæ ad credendum probauit 1. lib. de prædestin. sancti. cap. 2. non quia obiectum sit supernaturalis ordinis, sed quia cum cogitare non possumus aliquid ex nobis, quasi ex nobis, nec etiam poterimus credere, quod est cum assensu cogitare, eamque rationem merito inculcat in omnibus fere locis, vbi contra Pelagianos, & Semipelagianos disputat.

Libero 2. contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 8. circa medium capitis contra Semipelagianos, qui initium aliquid ex nobis esse dicebant, sic ait: Verum audiant & Apostolum. Dominus enim cum ait, Sine me nihil potestis facere, hoc vno verbo initium finemque comprehendit Apostolus vero tanquam sententia dominica expositus aperit utrumque diffinguit, dicens, Quoniam qui in vobis bonum opus capitis, perficiet vique indium Christi Iesu, sed in Scripturis sanctis, apud eundem Apostolum, isto, vnde loquimur, amplius inuenimus. Loquimur enim nunc de boni cupiditate, quam si voluntario vi impetere, à Domino perfici, videtur quid respondeant dicenti Apostolo. Non quia idonei sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Et in libro 1. ad Simplicianum, qu. 2. circa finem, ostendens quomodo bona nostra opera eligantur à Deo, nec quidquam gratiæ derogetur, inquit: Restat, vt voluntates eligantur à Deo, sed voluntas ipsa, nisi aliquid occurrerit, quod deleat, atque inuadat animum, moueri nullo modo potest: hoc autem vt occurrat nullo modo est in hominis potestate. Est enim sancta cogitatio, quæ omnem consensum nostrum præcedit.

Idem omnino habet libro 1. de peccat. meritis, & remissione, cap. 17. Quærens enim, quare homines sine peccato non sint, Respondet. Possem facillime ac veracissime respondere: quia homines nolunt. Sed sic me queritur, quare nolunt, inus in longum. Verum tamen etiam hoc sine præiudicio diligentiori inquisitionis, breuiter dicam. Nolunt homines facere, quod iustum est, siue quia laet, an iustum sit, siue, quia non delectat. Et infra: Vt autem inuascatur, quod latebat, & si ualeat, quod non delectat, gratia Dei est. Ignorantiam hoc loco vltimè pro cognitione inefficaci, quia non consideratur penitus id, quod faciendum est, vt infra dicemus disput. 98. cap. 7. Eodem argumento vltimè libro de gratia, & libero arbitrio, cap. 7. & de bono persua. cap. 8. de quo latius 1. 2. qu. 109. artic. 2. disputandum est. Et de bono